

Quō igitur ex parte pras approbatur quasi inductionis simi-
 litudinem tenet & id quod exemplum uocamus. Quō uero
 non plures quibus id efficiat colligit partes ab inductione dis-
 cedit. Ita igitur duæ quidem sunt argumentandi species prin-
 cipales una quæ dicitur syllogismus altera quæ uocatur
 Inductio. sub his autem & uelud ex his manantia enchimema
 atque exemplum quæ quidem omnia ex syllogismo ducuntur
 & ex syllogismo uires accipiunt. siue enim sit enchimema
 siue Inductio siue & iam exemplum ex syllogismo quam maxi-
 me fidem capit quod in prioribus resolutorius quod ab aris-
 totele transfulimus demonstratum est. Quocirca satis est
 de syllogismo differere quasi principali & cæteras argumen-
 tandi species continentem. restat nunc quid sit locus aperire
Locus namque est ut in uimio tullio placet argumenti sedes
 cuius definitio in his que sit uis paucis absoluiam. Argumenta
 enim sedes paræ maxima propositio intelligi potest paræ
 propositionis maxima differentia. Nam cum sint alie propo-
 sitiones que cum per se notæ sint cum nihil ulterius habeant
 quod demonstrantur atque hæc maxime & principales
 uocentur. sint que alie quarum fidem primæ ac maxime
 suppleant propositiones. Necessè est ut omnium que dubi-
 tantur ille antiquissimam teneant probationem. quæta